



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

161. Expositio præcedentis parabolæ.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

II. Et ille de intus respondens, dicat :  
Noli mihi molestus esse, jam ostium clausum  
est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non  
possum surgere, & dare tibi. *Luc. 11. v. 7.*

III. Et si ille perseveraverit pulsans, dico  
vobis, & si non dabit illi surgens, eò quòd  
amicus ejus sit, propter improbitatem ta-  
men ejus surget, & dabit illi quotquot habet  
necessarios. *Luc. 11. v. 8.*

## MEDITATIO CLXI.

### *Expositio precedentis Parabola.*

I. **E**T ego dico vobis : Petite, & dabitur  
vobis : quærite, & invenietis : pulsate,  
& aperietur vobis. Omnis enim qui petit,  
accipit : & qui quærit, invenit : & pulsanti  
aperietur. *Luc. 11. v. 9. & 10. Matth. 7.  
v. 7. & 8.*

II. Quis autem ex vobis patrem petit  
panem, numquid lapidem dabit illi ? Aut  
piscem : numquid pro pisce serpentem da-  
bit illi ? Aut si petierit ovum, numquid  
porriget illi scorpionem ? *Luc. 11. v. 11, &  
12. Matth. 7. v. 9. & 10.*

III. Si ergo vos, cum sitis mali, nòstis  
bona dare filiis vestris : quanto magis  
pater vester de cælo dabit spiritum bonum.

perentibus se? *Luc. 11. & 13.* Quanto magis pater vester, qui in cælis est, dabit bona perentibus se? *Matth. 7. & 11.*

IV. Omnia ergo quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex, & Prophetæ. *Matth. 7. Vers. 12.*

## MEDITATIO CLXII.

*Parabola XIII. Divitis consolantis se,  
& illâ adhuc nocte mortui.*

I. **D**ixit Iesus similitudinem, dicens: Hominis cujusdam divitis uberes fructus ager attulit; & cogitabat intra se, dicens: Quid faciam, quia non habeo, quò congregem fructus meos? *Luc. 12. & 16. & 17.*

II. Et dixit: Hoc faciam: Destruam horrea mea, & majora faciam: & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos; requiesce, comede, bibe, epulare. *Luc. 12. & 18. & 19.*

III. Dixit autem illi Deus: Stulte hæc nocte animam tuam reperunt à te; quæ autē

parâ-